


ICONES

SYMPTOMATUM

VENEREI MORBI

AD NATURAM DELINEAVIT, AERI INCIDIT ATQUE PUBLICI JURIS FECIT

FRANCISCUS HENRICUS MARTENS

MED. ET CHIR. DR. IN ACADEMIA JENENSI PROFESSOR EXTRAORDINARIUS, SOCIETATUM LITTERARIARUM, QUAE FLORENT JENAE, LUTETIIS PARISIORUM, DOUAIIS IN PROVINCIA GALLIAE AD SEPTEMTRIONEM VOCATA, CASSELLIS, ERFORDIAE, ATQUE HALAE SAXONUM SODALIS

ASSUMTO

IN DELINEANDIS TABULIS

SOCIO

GUILIELMO THEOPHILO TILESIUS

PHILOSOPH. MEDIC. ET CHIR. DOCT. SACR. MAJESTAT. RUSSIARUM AUTOCRATORIS AB CONSILIIS AULAE NEC NON SOCIETATUM, BEROLINENSIS, ERFORDIENSIS, HALENSIS, JENENSIS ATQUE LIPSIENSIS SODALI.

ADSUNT XXIV TABULAE AERI INCISAE ATQUE AD NATURAM COLORIBUS OBDUCTAE.

LIPSIAE,

IN COMMERCIO INDUSTRIAE ET IN BIBLIOPOLIO BAUMGÄRTNERIANO.

TABLEAUX

DES SYMPTÔMES

DE LA

MALADIE VÉNÉRIENNE

DESSINÉS D'APRÈS NATURE, GRAVÉS ET PUBLIÉS

PAR

FRANÇOIS HENRI MARTENS

DOCTEUR EN MÉDECINE ET CHIRURGIE, PROFESSEUR EN MÉDECINE EXTRAORDINAIRE DE L'UNIVERSITÉ DE JENA, MEMBRE DES SOCIÉTÉS SAVANTES DE JENA, PARIS, DOUAI AU DÉPARTEMENT DU NORD, CASSEL, ERFURTH, HALLE.

AVEC QUELQUES DESSEINS EXÉCUTÉS

PAR

GUILLAUME THEOPHILE TILESIUS

DOCTEUR EN PHILOSOPHIE, MÉDECINE ET CHIRURGIE, CONSEILLER DE COUR DE SA MAJESTÉ IMPÉRIALE DE TOUTES LES RUSSIES, MEMBRE DES SOCIÉTÉS DE BERLIN, ERFURTH, JENA, HALLE ET LEIPZIC.

AVEC XXIV PLANCHES OMBRÉES D'APRÈS NATURE.

À LEIPZIC,

AU COMPTOIR D'INDUSTRIE ET LIBRAIRIE DE BAUMGÄRTNER.


Wellcome
Library

VIRO

PERILLUSTRI, EXPERIENTISSIMO, EXCELLENTISSIMO

CHRIST. GOTTFR. GRUNER

MEDIC. DOCTORI SERENISSIMO DUCI SAXO - COBURGENSI ET SALFELDENSI A CONSILIIS AULAE SECRETIORIBUS ET ARCHIATRO, SERENISSIMO DUCI SAXO - VINARIENSI ET ISENACENSI A CONSILIIS AULAE, MEDICINAE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO, ORDINIS MEDICI SENIORI, ACAD. CAESAR. NATUR. CURIOS. REG. SCIENTIAR. NEAP. FLORENT. SENENS. MANTUAN. ELECTOR. MAGUNT. SOCIETAT. REGIAE SCIENTIAR. UPSALIENS. HOLMIENS. HARLEMIENS. ROTTERODAMENS. TRAJECTIN. MEDICAE LONDINENS. PARISIENS. ET BURDIGALENS. OECONOMICAE BURGHUSANAE ET GUESTPHALICAE PHYSICAE SOCIO etc. etc. etc.

FAUTORI AESTUMATISSIMO

VIRO

PERILLUSTRI, EXPERIENTISSIMO, EXCELLENTISSIMO

JOANN. CHRIST. STARK

HAEREDITARIO IN SACHSENHAUSEN ET LEUTENTHAL, MEDICINAE DOCTORI ET PROFESSORI PUBLIC. ORDINARIO - FACULTATIS MEDICAE P. T. DECANO, SERENISSIMO DUCI SAXO VINARIENSI ET ISENACENSI A CONSILIIS AULAE SECRETIORIBUS ET ARCHIATRO ACTUALI, INSTITUTI DUCALIS VINARIENS. IN USUM OBSTETRICUM DIRECTORI, ACADEMIAE CAESAR. NATUR. CURIOSORUM COLLEGAE, SOCIETAT. MEDIC. LONDINENS. AC HELVETICAE MEDICO - CHIRURGICAE SODALI etc. etc. etc.

PRAECEPTORI, FAUTORI, AMICO AD ULTIMUM VITAE HALITUM
SUMME VENERANDO

NEC NON

VIRO

PERILLUSTRI, EXPERIENTISSIMO, EXCELLENTISSIMO

JAC. FIDELIS ACKERMANN

MEDICINAE AC CHIRURGIAE DOCTORI, PROFESSORI PUBLIC. ORDIN. SERENISSIMO DUCI SAXO-VINARIENSI ATQUE ISENACENS. AB CONSILIIS AULAE SECRETIORIBUS, FACULTATIS MEDICAE ASSESSORI, etc. etc. etc.

HUNC LIBELLUM

D. D. D.

EORUMQUE EXAMINI QUAM OBSERVANTISSIME SUBJICIT

AUCTOR

FRANCISCUS HENRIC. MARTENS.

PRAEMONENDA.

Morborum diagnosin diligentem et accuratam, solam esse viam eamque unicam, ad medicinam, artis salutaris principiis recte accommodandam, non erit ullus medicorum, qui deneget. Recentiores igitur medici haud ignorarunt, quantum abfuerit, ut morborum diagnosis tantum perfectionis gradum adscenderet, ut potius jure meritoque absoluta limitibusque rite circumscripta videretur. Permulti sane omnem in accuratiore signorum atque symptomatum descriptione adhibuerunt operam et studium, ex quorum numero, ut unum saltem commemorem, b. *Wichmannus* maxime in eo laboravit, quo morborum quorumdam similium symptomata rite constituerentur. Jam vero omnes ad nostra usque tempora, nuda, ut ita dicam, verborum descriptione utebantur, subsidiis quippe aliis plane destituti. Neque etiam negari potest, in morborum internorum diagnosi aliam descriptionis rationem requirendam esse ac necessariam. Bene igitur, immo optime meruerunt de arte salutari omnium aetatum medici, qui, quo magis trita atque excultior evaderet haec via, studuerunt.

Morborum cutis vero, quibus et omnes morbos externos, quamvis alii loco eidemque profundiori, ac in corporis tegumentis, insi-

deant, adnumerandos tamen censeo, — morborum cutis, inquam, diagnosin quod attinet, subsidiis variis modisque diversis ad eorum symptomata rectius et evidentius constituenda, prorsus non caremus. Haud dubie ars pictoria et plastica in iis sunt adjumentis, quae neglecta quippe, in auxilium hucusque non satis vocari sunt solita. Negari quidem nequit, plures medicorum, quibus de hujus rei et utilitate et necessitate esset persuasum, ad justam naturae et symptomatum morbi imitationem efficiendam, omne omnino artium auxilium repudiasse: conamina vero, huc usque tentata, nisi prorsus inutilia, certe tamen magni aestimanda non vocaveris. Facem igitur Amicus dilectissimus, Tilesius, primus nuperrime protulit, in tentaminibus artis pictoriae atque plastices ad artem medicam applicatae, recte dijudicandis (Diss. *de pathologia artis pictoriae plasticesque auxilio illustranda. Lipsiae*, 1801.) ubi, quaecumque a medicis tabulae morborum pictae, vel naturae imagines cera expressae deprehendantur, largiter recensuit.

Prae caeteris Angli *Willani* opus (*on cutaneous diseases*, übers. von Friese) magni existimarem, nisi levissima et rarius tantum obvia infantum exanthemata depicta exhibuisset. Initium ab variolis humanis, vaccinis, morbillis, scarlatina etc. si fecisset, arti salutari sane magis prospexisset. Mihi vero in tironum institutione melior atque utilior ea videtur esse ratio, ut primum omnes ii cutis morbi vel depingantur aut cereis formis exprimantur, qui vel ob similitudinem cum alio morbo, longe diversissimo, vel ob periculum ex morbi definitione non accurata imminens, diligentiorem atque distinctiorem cujuscumque symptomatis cognitionem requirunt. His factis talibusque exemplis, in usum jam adhibitis non erit, cur non ad minutiora procedatur: opus ergo erit ad hanc et talem institutionem continuandam, ut qualiscumque naturae alicuius aegrotae icon et forma, quamvis vel paullulum a sana et justa conditione aberret, ita exprimantur, ut semper cum statu naturali, quantum id fieri potest, congruant.

PRAEMONENDA.

Itaque me et socium amicissimum, *Tilesium*, dum omnia fere morbi venerei symptomata delineata et penicillo expressa hic exhibemus, inutilem plane suscepisse laborem, vix vereor. Summa, quae licuit, cura et diligentia naturam imitari studui ita, ut, quaecumque visui essent obvia, et in tabulis, coloribus rite et accurate expressa sisterentur. Nec est, quod reticeam, novi plane quidquam, nec hucdum visum hic exhiberi: quum neque virilium neque muliebrium partium, lue venerea affectarum icones publici juris fuerint factae. Complicationes autem hujus morbi sunt diversissimae, mutationes formae saepius obviae, a sano pudendorum statu tantum aberrantes, ut nec inutile fore putem, casus vel saepius vel rarius obvios in tironum usum hic imitando exhibere. Nec mihi roganti defuerunt Viri praeclarissimi et omnium disciplinarum in arte medica peritissimi, GRUNER et HARTENKEIL, adeo ut, quid de hoc instituto judicarent, publice literis declararent. Gloriolae et honoris cupidissimus viderer, si quibus usi fuerint, verba hic repeterem (Cf. Jenaische allgem. Litteratur-Zeit. 1804. Intell. Blatt No. 25; et: Medicinisch-chirurgische Zeitung, 1804. 1r Bd. No. 18): idem tamen non possum, quin, talibus Viris probatus, gratissimam meam mentem publice declarem.

Paulla adhuc restant de tabulis ipsis monenda. Scilicet quae in his iconibus exhibentur symptomata, partim a me, partim a *Tilesio* ad naturam ipsam delineata, et quoad formam et colorem accuratissime expressa conspiciuntur. In praelectionibus autem de morbo venereo habendis, ad tironum institutionem in animo est uti cereis imaginibus ad naturam quoque a me confectis, vivoque colore conspicuis, quas, numero plus quam triginta, in eundem finem cupientibus nullus denegabo.

Tabulis brevem tantum morbi explicationem et picturae descriptionem subjunxi: quae vero ad morbi venerei diagnosin et medelam pertinent, in libro peculiari, cui titulus erit: Ueber die Kenntniß und Kur

der venerischen Krankheit; anno sequenti haud dubie evulgando, uberius exponere apud me constitui.

Valeatis igitur, Lectores Humanissimi, et si qua forsan obvenerint, vitiis indulgeatis, et ob rei novitatem et ob innumeras sane in exarando tali opere difficultates vix evitandis. Horatius jam longe abhinc enuntiavit:

In maginis voluisse sat est;

quod quidem proverbium, tritum illud, quamvis huic operi non omnino sit adaptandum, satis tamen constat, rem plane novam, tot tantisque difficultatibus circumseptam, summum perfectionis gradum adscendere neutiquam potuisse.

Tabula prima.

Hac tabula hominem paucis tantum diebus post coitum impurum a tabe venerea correptum protuli. Videri licet inflammatio non permagna praeputii simul cum constrictione in parte anteriori, ita ut glans plane praeputio obtecta non denudari possit, quod *phymosin* vocamus. Ob constitutionem hominis paululum laxam inflammationis permagnus gradus haud aderat, constrictio praeputii non fuit dolorosa, et minima in urina emittenda adfuit tantum stranguria. Gonorrhoea igitur fuit benigna, quia autem aeger ab initio statim medicum non adiisset, glandulae inguinales jam correptae intumescebant, atque quod *bubones venerei* vocamus, visu atque tactu obveniebat. Natura autem bubonum est ea, ut glandulae primo tantum quoad formam mutatae tumorem haud inflammatum et in tactu non valde dolorosum constituant, deinde autem, ut ita dicam, in secundo morbi statu inflammatio eas et interne corripiat atque externe per tumorem, ruborem cutis atque dolorem sese manifestet. Tabula cujuscumque offert bubonum generis adspectum et eorum, qui tantum intumuerunt sine inflammatione sensibili et eorum, qui valde inflammati artis auxilium quam celerrime requirunt, nisi suppurationem et forsan gangraenam timeat aeger. Signa characteristica bubonum venereorum igitur sunt: coitus suspectus, primo tumor, deinde rubor ac dolor glandularum inguinalium, saepissime blennorrhoea comite. Necesse est mercurium adhibere, et hoc casu ob digestionis vim labefactam eum non per os sed per frictionem adhibui, quare vesiculae parvae in abdomine inferiori, atque in femoris parte interna obveniunt rubescente annulo cinctae, paululum super cutem prostantes et aquoso ac limpido fluido impletae, quas semper post frictionem mercurii et saepissime quoque post usum internum largum et diutius continuatum projectas vidi. Exanthema vocarem *mercuriale*, quia post usum mercurii per dies aliquot intermissum statim per exsiccationem evanescit.

Planche I.

On voit sur cette planche les parties génitales d'un homme, qu'a attrapé une gonorrhée deja quelques jours après un coït suspect. Le prépuce est un peu inflammé, et serré dans la partie antérieure, ainsi que le gland est tout à fait couvert avec l' impossibilité, de retirer le prépuce derriere le gland, ce qu'on nomme *phymose.* L'inflammation ne pouvait être violent, parceque cet homme avait une constitution assez faible et laxe, nul symptome etait violent, le prépuce serré et l'urine sortant ne faisoient presque de douleur. La Blennorhagie fût benigne, mais parceque le malade n' avait pas toute suite consulté un medecin, le virus vénérien avait deja pris les glandules inguinales, qui représentaient des bubons vénériens. Mais parceque la nature des bubons vénériens est telle, qu' ils ne forment au commencement, qu' une tumeur pas inflammées et peu douleureuse, mais après la maladie etant procédé plus loin, l'inflammation interne les prend, et se distend jusqu' aux parties extérieures, où elle cause une forte tumeur, la rougeur de la peau et des douleurs très-vives. On trouve sur cette planche des bubons des deux genres, les uns sont seulement tuméfiés et les autres sont dejà très inflammés et demandent le secours de l' art le plus promt, si le malade ne doit pas craindre la suppuration et même le gangréne. Les signes caracteristiques des bubons vénériens sont donc après un coït suspect des tumeurs des glandules inguinales, suivis d'une vive douleur, l'inflammation de la peau ordinairement accompagnée d'une blennorhagie. Il est toujours necessaire, d'appliquer le mercure et parceque dans ce cas la digestion du malade etait trop faible, je l'ai appliqué en frictions sur la partie interne des cuisses, c'est pourquoi tant aux cuisses, qu'au ventre ils se montraient de petites pustules donc chacune etait entourée d'un bord rougâtre et qui etaient pleines d'une serosité limpide et s'élévaient très peu sur la peau. On voit presque toujours cette eruption en appliquant le mercure exterieurement et même quand on l'a usé pendant quelque tems par la bouche. Je nomme cette eruption la *mercurielle,* parcequ'elle evanouit toute suite, quand on passe quelques jours, sans prendre du mercure.


gez. u gest. von Dr. Martens.
I

Tabula secunda.

Phymosis in homine robusto, sano atque si velis constitutionis sthenicae hic sistitur. Inflammatio vehementissima, tumor praeputii atque glandis ipsius obtectae levis, adfluxus sanguinis tantus ut arteriolae cutis in superiori praeputii parte per cutem interniterent. Stranguria s. dolor in urina emittenda adfuit quam maxime, constrictio praeputii tanta, ut pars anterior quasi subligata videretur. Intumescentia quoque testiculi sinistri adfuit, quae tamen nondum fuit inflammatoria. Visu atque tactu tantum testiculus naturali dextro major atque durior obveniebat, nondum autem ut in sequenti tabula, ipsa tegumenta externa scroti inflammata fuerunt. Membro quam maxime ob intumescentiam amplitudinem consuetam excedente, tanto dolore aeger fuit correptus, ut lecto jaciens ne minimus quidem corporis motus sine acerbissimis doloribus fieri posset. Venae sectiones in pede reiteratae ac hirudinum usus topicus cnm methodo antisthenico conjunctae inflammationis vim diminuebant et tandem penitus removebant. Gonorrhoeae effluxus semper fere in phymosi tam vehementi ac inflammatione tam magna prorsus desinit, post inflammationem autem absolutam atque finitam saepius fortior recurrit.

Planche II.

Nous voyons une phymose d'un homme fort, robuste et d'une constitution tout-à-fait sthénique. L' inflammation très violente, l'enflure du prépuce et du gland couvert était très grand, et il y avait une telle quantité de sang dans ces parties, que les petites artères se faisoient voir au travers de la peau. Il y avait une très forte douleur en urinant et le prépuce etait tellement serré, que la partie antérieure sembloit nouée et totalement liée. Il y avait aussi une tumeur du testicule gauche, qu' on apelle testicule vénérien. Il n' était pas encore inflammé comme celui sur la table suivante, mais en touchant on sentait un volume beaucoup plus gros et plus dure qu' à l' autre. Le membre étant tellement enflé et aggrandi, le malade couchant au lit ne pouvait même supporter le plus leger mouvement, sans être affecté des plus vives douleurs. Des saignées au pied et des sangsucs appliqués au membre même avec la methode antisthénique faisaient diminuer et enfin disparaitre totalement l'inflammation. L'ecoulement de la blennorrhagie cesse presque toujours dans la période de la plus violente inflammation, mais elle retourne souvent et devient plus forte, quand l'inflammation a diminué ou cessé.



gez: von Hofrath Dr. Tilesius. gest. von Dr. Martens.

II

Tabula tertia.

Paraphymoseos egregium offert exemplar. Paraphymosis autem est constrictio praeputii in corona glandis, ita ut glans denudata praeputio constricto comprimatur. Hoc morbi venerei symptoma plerumque occurrit in iis, quorum praeputium aut casu in corona glandis retractum non iterum super glandem protrahi potest, aut si glans intumescens atque inflammata per praeputium aut natura coarctatum aut inflammatum paullatim ita prodit, ut praeputii margo deinde in corona glandis deprehendatur. In primo paraphymoseos casu praeputium constrictum inflammationis glandis causa est proxima, in secundo autem tantum inflammationem et tumescentiam jam constitutam auget. Haec momenta in curatione non plane sunt negligenda, ut in libro meo: de diagnosi et methodo morbum venereum curandi pluribus exponentur. Haec tabula offert secundae conditionis paraphymosin. Praeputium tam fuit breve ut in naturali statu et ante morbi correptionem non obtegeret glandem: nunc glandis inflammatio etiam praeputium corripiebat, coarctabatque ita ut glandem magis semper comprimeret. Intumescentia ac inflammatio praeputii permagna et colore rubro fere igneo, glans autem quanquam tumida atque inflammata non tam ardentem ruborem ostendebat, sed magis pallida atque livida rubore mixta videbatur. Testiculus dexter plane inflammatus ac praegrandis ita fuit tabe venerea correptus ut inflammatio ad scroti cutem usque sese protenderet. Venae et arteriae cutis per epidermidem pronitentes rubore totius scroti intermixtae fuerunt. Plerumque testiculum sinistrum saepius post infectionem veneream intumescere quam dextrum, animadverti.

Planche III.

Elle offre un exemple d'une paraphymose très brillante. Par ce mot est signifiée la constriction du prépuce à la couronne du gland, qui est pressé par le prépuce serré. Ce symptome de la maladie vénérienne est observé principalement en deux cas, savoir: si par hasard le prépuce est retiré derrière le gland, se serre alors là ne pouvant être reduit dans sa position naturelle au dessus et devant du gland où si le gland tumefié et aggrandi se glisse insensiblement au travers du prépuce trop court et serré ou par nature ou par l'inflammation, ainsi que le prépuce se trouve enfin derriere la couronne du gland. Dans le prémier cas le prépuce inflammé est serré et la cause prochaine de l'inflammation du gland, mais dans le sécond cas le prépuce serré augmente seulement l'inflammation dejà présente. Ces considérations ne doivent pas être négligées dans la pratique, comme je demontrerai dans mon ouvrage sur la diagnose et la méthode curative de la maladie vénérienne. Cette paraphymose est du second genre, le prépuce fût même avant la maladie du membre si court, qu'il ne couvrait pas même le gland. L'inflammation du gland se communiquait au prépuce et le serrait autant, qu'il pressait encore plus sur le gland, l'inflammation du prépuce était violent, d'une couleur très rouge et presque ardente, le gland quoique de même tumefié et enflammé montrait une couleur plus pâle et d'un rouge bleuâtre. Le testicule droit était totalement enflammé, tumefié et extrémement aggrandi, l'inflammation d'une étendue jusqu'à la peau; les venes et les artéres de la peau luisoient au travers de l'épiderme. J'ai vû beaucoup, plus souvent, le testicule gauche attrapé par la maladie vénérienne, que le droit.



gez. u. gest. von Dr. Martens.

III.

Tabula quarta.

Sistens imaginem praeputii inflammati ac saccati cum inflammatione et tumescentia et glandis ipsius ac frenuli. Brevis morbi historia haec est. Vir triginta fere annorum reiterata infectione venerea tanta fuit irritabilitate praeditus, ut, quod in homine sano ac robusto nunquam aut rarissime obtinet, quotiescumque cum foemina rem haberet, fluore albo exiguo eodemque *benignissimo* tantum ex asthenica systematis uterini conditione laborante, effluxu gonorrhoico corriperetur. Neque defuerunt infectiones venereae ipsae, et ulcusculis glandis bubonibusque apertis et per suppurationem sanatis laborabat jam antea. Singulare atque rarius est, frenulum ita tumidum conspicere, ut amplitudine tanta naturalem statum superet. Inflammatio frenuli ac quidem inferioris partis deorsum pendet atque asthenica videtur. Stadium inflammatorium gonorrhoeae incipiens hanc sistebat imaginem. Opii usu interno atque sanguinis emissione locali hirudinum ope inflammatio mox fuit absoluta; tumescentia saccata et quasi oedematosa longiorem exigebat cataplasmatum ex herbis aromaticis usum. Post inflammatorium morbi stadium iterum effluxum largiorem deprehendi, quam inflammatione ipsa durante. Idem simul animadverto, neque testiculos neque glandulas inguinales hac inflammatione quamquam vehementissima fuisse correptos.

Planche IV.

On trouve ici la copie d'un prépuce grandément tumefié et enflammé, avec une inflammation du frein même et du gland. Voici l'histoire de cette maladie. Un homme âgé presque de trente ans avait acquéri une telle irritabilité par des infections réitérées qu'il attrappait presque dans chaque coït avec une femme, qui avait les fleurs blanches benignes par une faiblesse du systeme utérin, un écoulement, qui semblait chaque fois une vraie blennorrhée. A l'ordinaire une telle infection ne se fait voir jamais dans un homme sain et robuste. Plusieurs fois il avait même attrappé de petits ulcéres vénériens et des bubons, qui étaient guéris par suppurration. C'est un phénomène assez rare et digne d'être remarqué, que le prépuce a pris un tel excès de grandeur et surpassé tant la grandeur naturelle. L'inflammation du frein depend d'en bas et semble être asthénique. Dans cette planche la période inflammatoire de la gonorrhé se représente presqu'au commencement. Par l'usage externe et interne de l'opium, par l'application des sangsucs l'inflammation se passait bientôt, et la tumeur édemateuse était guérie par des cataplasmes d'herbes aromatiques. Dans ce cas l'écoulement était plus abondant aprés que l'inflammation fût passée, qu'auparavant. Je remarque encore, que, quoique l'inflammation fût tres-vive, ni les glandes inguinales, ni les testicules ne fûrent attaqués de la maladie.



gez. von Hofrath Dr. Tilesius. gest: von Dr. Martens. IV

Tabula quinta.

Fig. I. Phymoseos atque paraphymoseos exemplum insequatur semiphymosis. Glans praeputio in medio ita constricta exhibetur, ut nec plane denudari nec plane obtegi possit. Quanquam praeputii incisionem semper fore utilem haud credo, et quanquam eam rarius tantum, nec alio tempore, nisi necessitate summa coactus instituere soleo, tamen necesse mihi videbatur ter quaterve in semiphymosi ad cultri auxilium refugere.

Fig. II. Paraphymosis lateralis cum chorda et tumoribus crystallinis, urinae effluxus lateraliter ob chordam coactus. Haec fuit brevis morbi historia. Aeger aliquot menses ante jam ulcusculis venereis in palato molli correptus maximam a Chirurgo imperitissimo acceperat mercurii quantitatem, ulcera tamen et quidem ut opinor, ob mercurii abusum, haud sanabantur, partibus genitalibus morbo neutiquam adfectis. Novam autem iniit infectionem ac me adiens gonorrhoea laborabat, quae fuit chordata ita ut penis versus dextrum femur contractum atque ut ita dicam, arcuatum esset, tumoribus crystallinis in membri parte superiori largiter conspicuis. Hoc exanthema affert figuram vesicularum minimarum et eandem plane formam, quam mercuriale, sed saepius per desquamationem epidermidis sanatam vidi. Sunt eaedem vesiculae parvae multo autem minores quam in exanthemate mercuriali, nec tam cito evanescere solent, sed saepe et praecipue in corona glandis, ulceribus venereis prae eunt, et ita in ulcuscula venerea propria commutantur.

Fig. III. Phymoseos offert exemplum ob magnitudinem tantum partis praeputii constrictae adspectu dignum.

Fig. IV. Phymosis non venerea in juvene duodecim annorum ex acrimonia herpetica. Herpes nescio cujus generis totum abdomen obtegens medicamentis saturninis repulsum non solum partes genitales et praecipue praeputium sed etiam extremitates inferiores corripiebat. In emittenda urina adfuit dolor, inflammatio pallida asthenica, sedem saepius mutans et balneorum calidorum ope ita desinens, ut herpes iterum in abdomine ac brachiis versaretur. Hanc iconem subjunxi, ut non quoscunque pudendorum morbos esse venereos, exemplo luculento evincerem.

Planche V.

Après avoir dessiné une phymose et une paraphymose, j'y ajoute dans la Ire figure une sémiphymose. Le prépuce est tellement serré au milieu du gland, qu'il ne peut pas être tiré ni en avant ni en derrière. Quoique je suis persuadé, que l'incision du prépuce est presque toujours inutile, et quoique je ne l'exécute jamais sans être forcé par la dernière necessité, il m'a fallu pourtant recourir trois au quatre fois au couteau dans la sémiphymose.

Dans la IIeme fig. est représentée une paraphymose latérale causée par une blennorrhagie chordée avec de petites tumeurs cristallines. Le membre étant tout-à-fait retiré sur un coté l'urine sortait aussi à coté. L'histoire de cette maladie est celle: Le malade souffrait dejà quelques mois avant des ulcères vénériens dans la gorge et par un chirurgien très-ignorant il fût traité avec trop de mercure. Les ulcères ne se consolidaient pas, quoique les parties génitales ne furent plus attaquées de la maladie. Il s'exposoit à une nouvelle infection et fût attaqué d'une blennorhagie tellement chordée, que le membre se recourbait à la cuisse droite. Dans la partie supérieure il y avait des tumeurs cristallines. Cet exanthème est composé de petites pustules et a la même figure presque, que l'exanthème mercuriel, mais ils sont guéri très souvent en ecaillant. Les pustules sont beaucoup plus petites que dans l'autre exanthème et elles ne disparaîtront pas si-tôt, au contraire elles précèdent les ulcères au prépuce et au gland, et sont enfin changées en vrais ulcères vénériens. Je crois qu'elles ne se trouvent pas si souvent au prépuce, qu'à la couronne du gland.

La IIIme figure montre une phymose d'une grandeur extraordinaire de la partie antérieure serrée du prépuce.

IVme figure. Une phymose non vénérienne d'un garçon de douze ans provenant d'un miasme dartreux. Un dartre je ne sais pas de quelle espèce fût guéri subitément par des onguents saturnins, et prennait peu de temps après en réparaissant son siège sur le prépuce et les extrémités inférieures. Il y avait de douleur en urinant, l'inflammation fut pâle et asthénique qui changeait souvent de place et se terminait enfin par l'usage des bains chauds ainsi, qu'elle reparût au ventre et aux bras. J'ai dessiné cette figure, pour prouver aux jeunes gens qu'ils ne prennent pas chaque maladie des parties génitales pour la maladie vénérienne.



I.



II



III



IV

gez. u. gest. von Dr. Martens.

V.

Tabula sexta.

Partes genitales oedematosae hominis a lue completa correpti, ac ulceribus quam maximis veli palatini penduli uvulae ac faucium laboranti. Penis contortus et ita tumidus, ut praeputium prolongatum glandem plane obtegeret diversisque modis arcuatum inveniretur. Testiculus sinister quoque magnitudinem ordinariam longe superans sine omnibus inflammationis symptomatibus oedema tantum proferebat, et quasi hydroceles formam imitabatur. Scroti cutis quidem densa et paullulum rubescens nec tamen inflammata fuit. Hoc morbi venerei completi symptoma saepissime occurrit, eumdemque haud raro oedemate pedum et anasarca ipsa concomitatum vidi. Methodum curandi alio loco exponam.

Planche VIme.

Les parties honteuses d'un homme attaqué de la maladie siphylitique complete souffrant des grands ulcères de gorge. Le membre est tumefié et oedemateux, le prépuce couvre le gland et se prolonge encore beaucoup en avant, et le membre se trouve en même tems courbé singulièrement. Le testicule gauche surpasse aussi beaucoup la grandeur naturelle mais sans être au moindre degré enflammé; on le voyait seulement oedemateux et presque ainsi comme dans l'hydrocèle. La peau du sac était tendûe et peu rougâtre sans être enflammée. J'ai vû très souvent ce symptome de la maladie vénérienne en compagnie avec l'oedême des pieds et l'hydropisie anasarque de tout le corps. La methode curative sera traitée ailleurs.



gez. von Hofrath Dr. Tilesius. gest. von Dr. Martens.


VI.

Tabula septima.

Ulcuscula venerea (Chanker) in corona glandis paucis post coitum impurum diebus delineata hic exhibentur. Non me fugit, plurima existere ulcera, et in pudendis saepe obvia; idem vero etiam beat. *Girtanneri* opinioni adsentiri non possum, ex qua scilicet quodcumque incitamentum proferre queat in glande aut praeputio inflammationem ac suppurationem, ita ut ulcera inde exorta a venereis prorsus non sint distinguenda. Ulcera venerea ex coitu impuro oriunda jam primo aut secundo tamen die apparent et ut pustulae parvae paullulum prostantes flaveo colore in basi inflammata dignoscuntur. In hac tabula tria ulcera in corona glandis inflammata inveniuntur, cum callositate partis dextrae praeputii quae ex ulcere venereo male curato originem ducebat. In inguine bubo incipiens nondum inflammatus. Quod attinet ad ulcerum venereorum diagnosin in universum, negari quidem non potest, eam esse saepius quam difficillimam, neque tamen minus constat, signum maxime characteristicum inesse in margine calloso quasi lardi colorem atque massam imitanti. Media deinde pars ulceris impura, nigrescenti ac cinereo colore induta.

Planche VIIme.

Des ulcères vénériens à la couronne du gland dessinés peu de jours après un coït impur. Je n'ignore pas, que des ulcères de différentes espèces puissent se trouver aux parties génitales, mais pourtant je ne pourrois jamais me conformer totalement à l'opinion du feu M. *Girtanner*, que chaque irritation soit en état de produire au gland du prépuce une inflammation et une suppuration, d'où provenoient des ulcères tout-à fait conformes aux vénériens, ainsi qu'ils ne puissent même en être distingués. Les ulcères vénériens se font voir dejà le prémier ou le second jour après un coït impur et se représentent comme des petites pustules elevées un peu d'une couleur jaunâtre sur le fond peu enflammé. Sur cette planche on voit trois petits ulcères avec une callosité sur la partie droite du prépuce provenant d'un ulcère vénérien mal traité. La diagnose des ulcères vénériens est quelque fois très difficile, il est vrai; mais le bord calleux, le fond impur et ressemblant au lard en sont des signes assez caracteristiques. Au milieu les ulcères sont d'une couleur noire cendrée.



gez. u. gest. von Dr. Martens

VII.

Tabula octava.

Ulcera venerea ad altiorem jam gradum provecta. Pustulae ex coitu impuro ortae jam ruptae, inflammatio coronae latius extensa praeputium quoque inflammatum et testiculus venereus. Haec ulcera veram prae se ferunt morbi ipsius imaginem et quidem ita, ut in dextra parte adhuc pustula existat paullulum prostans, ut jam antea descripsi, versus sinistram partem autem ulcera venerea jam completa inspici possunt non ad summum quidem gradum provectae attamen jam satis profundae. Non negligendum est, in ulceribus venereis ichorem ab aliorum ulcerum pure quoad colorem et consistentiam quam plurimum differre. Color ichoris venerei flavo, cinereo atque viridi mixtus, consistentia tenax. Ulcera venerea quam citissime sese extendunt, et nonnullorum dierum spatio saepe totam glandem cum praeputio obtegunt. De testiculo venereo nil monendum esse censeo, quum jam supra in tabulae tertiae descriptione, quid necesse videbatur, attulerim.

Planche VIIIme.

Des ulcères vénériens dejà dans un degré plus élévé. Les petites pustules provenants après le coït impurs ont dejà rompues, l' inflammation de la couronne du gland s'étend plus loin et même le prépuce était enflammé, le testicule gauche tumefié. Ces ulcères ont le vrai caractère de la maladie, et on voit encore sur la coté droite une pustule non rompue un peu élévée, comme je l' ai décrite auparavant; sur la coté gauche on voit des ulcères completes, qui quoique pas trop grands étaient dejà assez profonds. Il faut qu' on remarque, que dans les ulcères vénériens il se trouve une sanie tant à la couleur qu' à la consistence très différente du pus des autres ulcères. La couleur est composée d'un jaune pâle cendré et verdâtre. Les ulcères s'étendent très subitément et quelque fois en peu de jours ils couvrent le gland avec le prépuce. Sur le testicule vénérien je n'ai rien à dire, en ayant dejà remarqué le plus necessaire dans la description de la troisième planche.



gez. u. gest. von Dr. Martens.

VIII.

Tabula nona.

Praeter bubonem inguinis dextri, violentissimae totius membri virilis inflammationis icon hic sistitur. Annulus ulcusculorum coronam glandis occupans cum inflammatione cruenta et callositate praeputii atque frenuli. Ulcera venerea varia sunt: Et pustulae vix ortae, et pustularum nonnullae ruptae sine magna in fundum ulceris extensione, alia ulcera maligna cum lividis gangraenae ac sphaceli maculis jam intermixta. Ichor ex ulceribus effluens tam malignus ut scrotum corroserit. Vena dorsalis penis ob maximum sanguinis in membro impetum cum paucis venarum in dorso penis obviarum ramis maxime protrusa, impleta et quasi rupturam minitans. Praeputii inflammatio maxima et livida. Tabula igitur violentissimae infectionis localis prae se fert imaginem, quam in nosocomio Lipsiensi ad naturam imitatus sum. Aeger partim lue partim hydrope ascite correptus diem supremum obiit, quod si non evenisset, jure ob gangraenam imminentem amputatio penis indicata fuisset. Bubo in inguine dextro quidem permagnus attamen nondum inflammatus fuit.

Planche IXme.

Voici un bubon dans l'aine droite et une inflammation extrêmement violente du membre viril. Une couronne des ulcères vénériens couvre le gland tout-à-fait avec une grande tumefaction accompagnée d'une inflammation et d'une induration calleuse du prépuce, du gland et du frein. Il y a des ulcères des différents genres: Des pustules pas encore rompues, d'autres très larges et très profondes, encore d'autres avec des taches gangréneuses et sphacéleuses. La sanie écoulante etait si maligne, qu'elle faisoit une erosion au sac. La veine dorsale du membre avec ses branches était très élévée, qu'il le sang se jetait si impetueusement sur ces parties qu'elle semblait presque se rompre. L'inflammation du prépuce était d'un rouge foncé et bleuâtre. Cette planche présente donc un exemple d'une infection locale très-vive, je l'ai dessinée dans l'hôpital à Leipzig d'après nature. Le malade souffrait en même temps de l'hydropisie complete et mourût. Outre cela il aurait été necessaire, de lui couper le membre, la gangréne dejà étant indiquée. Le bubon dans l'aine droite était très-grand, mais pas encore enflammé.



gez: u. gest: v. Dr. Martens

IX.

Tabula decima.

Phymosis haud violenta alio autem symptomate satis memoria digno concomitata, nempe gangraena in scroti dextra parte et in vicina parte dextri femoris cum praeexistentibus faucium ulceribus venereis in eodem homine. In scroto gangraena confluens inspicitur seu potius maculae gangraenae speciem prae se ferentes. Gangraenam voco confluentem, ut a crustis proprie sphacelosis paullulum inter se distantibus in femoris adjecta parte distinguatur. Est autem in scroto macula gangraenosa livida nigrescentibus punctis intertincta, adest inflammatio non vigens sed potius laxa atque asthenica. Habitus totius corporis atque ejusdem constitutio jam a primis juventutis annis asthenica, pallidus visus, quum in aetate puerili masturbationis vitio maxime addictus fuisset aegrotus. Faucium ulcera impurissima profunda atque malignum prae se ferebant characterem. Crustae sphacelosae in femore inflammatae cuti inhaerebant, spatio minimo interjacente conjunctae, plures squamosae, plures maculosae. Insignem formam non clarius arte pictoria exhiberi posse credo. Maculae et crustae quoad colorem et formam quam accuratissime sunt expressae, igiturque rectam offerunt morbi imaginem. Methodo roborante et eodem tempore antisiphylitico adhibito aeger mox convalescens pristinam recuperavit valetudinem.

Planche Xme.

Une phymose, qui n'auroit pas été digne d'être imitée si elle ne fusse pas accompagnée d'un symptome asséz rare c'est-à-dire de la gangrène laquelle se montrait à la coté droité du sac et à la partie prochaine du cuisse. Sur le sac se trouvent des taches gangréneuses confluentes entourées d'une inflammation de la peau. Je nomme cette gangrène confluente, pour la distinguer des croutons proprement sphacéleuses sur la cuisse. Les taches gangréneuses sur le sac sont livides avec des petites taches d'un bleu noire, l'inflammation pas forte mais plutôt laxe et asthénique. La constitution du malade était laxe et faible depuis sa première enfance, la couleur du visage pâle, et dans les ans de puberté il s'étoit donné au vice de la masturbation. Les ulcères de la gorge étaient très violents, impurs, profonds et malignes. Les croutes sphacéleuses du cuisse étaient entourées d'une inflammation de la peau, ils fûrent isolées, quelques unes ecaillées, quelques autres formants des taches. Non seulement les taches mais aussi les croutons sont imités très bien et présentent le vrai caractère de la maladie. Le malade recouvrait bientôt la santé en ûsant de la methode roborante et en même tems antisiphylitique.



gez. v. Hofrath Dr. Tilesius. gestoch. v. Dr. Martens.

X.

Tabula undecima.

Fig. I. Post coitum impurum inflammatio atque tumescentia praeputii. Praeputium largum sed breve glandem non plane obtegens, eam tamen non constringebat. Gonorrhoea in stadio inflammatorio. Aeger exceptis iis, quae semper occurrunt, symptomatibus, v. c. urinae emissione dolorosa, summos atque accerrimos dolores in erectionibus nocturnis perpessus, insignem deplorabat doloris morsum in dorso penis ac quidem in superiori praeputii parte. Me quidem non fugiebat, in hac corporis parte, doloribus quippe summis cruciata, haud exiguum existere tumorem atque ruborem ex inflammatione hic praecipue sedem figente. Primo statim intuitu, quomodo res se haberet, probe dijudicare non valebam; adhibitis autem nonnullis in praeputio anteriori hirudinibus atque fomentationibus emollientibus, dolor idem, praeputium autem relaxatum fuit et super glandem plane retrahi potuit. Paullatim, quantum id fieri potuit, praeputio retracto in interna duplicaturae praeputii parte maximum obveniebat ulcus venereum, Fig. II. jam satis extensum ac ita profundum, ut praeputium mox fuisset perforatum. Non malignum prae se ferebat characterem, et applicatis remediis internis atque externis mox fuit sanatum. Quo quidem satis probari credo, gonorrhoeam atque ulcera venerea ex uno eodemque oriri posse miasmate, atque haec symptomata tantum sede, forma graduque, non autem charactere proprio inter se differre. De hac medicorum discrepantia in libro saepius memorato pluribus sum expositurus.

Planche XIme.

Figure I. Après un coït suspect le prépuce était tumefié et enflammé. Le prépuce large mais court ne couvrait pas entièrement le gland, mais ne le serroit pas. La blennorrhagie était encore dans la période inflammatoire. Le malade eprouvait, outre ces symptomes, qui se montrent ordinairement, par exemple le chatouillement en urinant et des violents douleurs s'il avait des erections du membre nocturnes, encore une très forte douleur sur le dos du membre dans la partie supérieure du prépuce. J'ai remarqué bien, qu'il y arait à cette place une tumefaction et rougeur de la peau plus elévée qu'aux autres parties, mais pourtant je n'etais pas parfaitement en état, d'en juger bien, mais après avoir appliqué au prépuce, quelques sangsucs et des fomentations emollientes, la douleur ne changeait pas, mais le prépuce se faisait retirer insensiblement jus'qu'à la couronne du gland. Cela étant fait, on voyait (figure II.) un ulcère vénérien à la surface interne du prépuce dejà assez étendù et si profond, qu'il aurait presque rompu et corrodé le prépuce. Cet ulcère ne fût pas maligne, et fût bientôt guéri après avoir appliqué des medicamens propres internes et externes. Par cet exemple je crois prouver suffisamment, que la blennorrhagie et les ulcères vénériens proviennent du même miasme, et que ces symptomes différent seulement selon le siège et le dégré mais non pas selon leur caractère essentiel. J'aurai l'occasion ailleurs d'entrer dans le detail de cette dispute des medecins.

I



II



gez. u. gest. v. Dr. Martens.

XI.

Tabula duodecima.

Homo ad aestum venereum maxime prolixus saepius jam gonorrhoea laborans tandem intumescentiam partis inferioris praeputii glandem non plane obtegentem sentit. Dolor quam minimus adfuit. Applicatis omnibus fere medicamentis domesticis, in quorum usu sex menses fere praeterlapsi fuerunt, amicum meum Tilesium adiit. Nullus dolor in urina emittenda, nulla faucium ulcera, nullus effluxus ex urethra; nihil aliud nisi intumescentiam praeputii inferioris glandem cingentis colore fusco rubescente vidimus. Fuit autem tumescentia non mollis atque flexibilis, sed dura et quasi cartinagilosa. Aeger malum sanatum quam maxime ob matrimonium ineundum cupiebat, delineato igitur praeputio, ut in hac tabula videmus, ad operationem aegrum exhortatus sum. Lubenter se praebuit, et tumescentiam praeputii usque ad duplicaturam ex inferiori parte usque ad fines tumoris laterales cultro abstuli. Non magna paruit haemorrhagia, vulnus quam celerrime prima intentione sanatum, nil nisi parvam reliquit cicatricem. Uxore jam per anni spatium ducta, nihil amplius incommodi se sentire, homo adfirmavit.

Planche XIIme.

Un homme qui aimait trop le plaisir, avait souffert dejà plusieurs fois des blennorrhagies virulentes et sentît enfin une tumefaction du prépuce inférieure, sans beaucoup de douleurs. Il y avait presque six mois qu'il ne se servit que de medecine domestique, avant de confier son mal à Mr. le Dr. Tilesius. En urinant il ne sentait point de douleur, point d'écoulement, point de mal de gorge, enfin nul symptome de maladie, hormis la susdite tumefaction du prépuce d'une couleur rouge brûnatre. Cette tumeur ne fût pas molle, mais dure et resistente, et semblait être cartilagineuse. Le malade souhaitant se marier, souhaitait même d'en être guéri; et moi, après l'avoir dessiné, comme on le voit dans cette planche, je lui ai proposé l'opération, à la quelle il se pretait, se faisant couper la tumefaction de deux cotés jusqu'à la duplicature du prépuce. La perte du sang ne fût pas considérable, la playe fût guérie par la première intention et il n'en restait qu'une petite cicatrice. L'année passée après le mariage, il m'assurait de n'en avoir pas été incommodé.



gez. von Hofrath Dr. Tilesius. gest. von Dr. Martens.

XII.

Tabula decima tertia.

Plurimis morborum speciebus inter se conjunctis atque invicem comparatis cujuscunque symptomata rectius perpendi atque eo melius definiri possunt. Quantam b. Wichmannus hac ratione de diagnosi morborum comparativa laudem sibi meruerit, neminem haud dubie latebit. Inest igitur huic tabulae imago pudendorum virilium ulcere affectorum. Ulcus autem plane non prae se fert venerei speciem, abest margo callosus, fundus impurus flavidus atque atro cinereo mixtus, abest signum coitus impuri, quale igitur est ulcus? qualis ei tribuendus character? Juvenis sedecim fere annorum sancta morum simplicitate a via virtutis nondum aberrans scrophulosa corporis conditione laborabat. Colli glandulae semper inflatae, saepius inflammatae, et minimam corporis refrigerationem statim tumescentia glandularum subaxillarium insecuta est. Quae corporis conditio, conjuncta forsan cum masturbatione, ulcus in facie inferiori penis eum tumore testiculi sinistri elicuit. Ulcus colore sanguineo purissimum, pallido rubro cinctum margine exiguum modo fecit dolorem, neque ullum nisi sedem cum ulceribus venereis signum habuit commune. Balneis adhibitis sthenicisque remediis mox ulcus fuit sanatum sine ullo remedii externi usu, excepto carpto linteo, quo sepmer obtectum habebatur, et corporis habitus meliorem iniit conditionem. Sit igitur haec tabula diagnoseos ulcerum pudendorum exemplum.

Planche XIIIme.

Il est evident, que les symptomes d'une maladie sont beaucoup plus facilement definis et mieux reconnus par la comparaison de cette même maladie avec une autre, qui ressemble à elle. Personne n'ignore, quelle gloire feu M. *Wichmann* s'est procuré par la comparaison des diverses maladies semblables. C'est pourquoi j'ai dessiné sur cette planche un ulcère des parties génitales d'un homme, mais qui ne représente pas du tout le caractere vénérien, nul bord calleux, nul fond impur et d'une couleur cendrée noire. Quel ulcère est ce donc? Et à quelle espece d'ulcères doit-il être rangé? Un jeune homme de seize ans, qui n'avait pas debauché du tout et était élévé très caste et retiré, avait le malheur, d'être attaqué d'une disposition scrophuleuse. Les glandules du cou étaient toujours enflés et le moindre rafroidissement causait toute suite une enflûre des glandes subaxillaires. Cette disposition de santé réunie à la masturbation determinait peut-être un ulcère sur la surface inférieure du membre avec un gonflement du testicule gauche. L'ulcère était sanguinolente, mais très pur, entouré d'un bord rouge pâle, et ne faisait pas trop de douleurs et n'avait rien de commun avec les ulcères vénériens que l'endroit. Par l'usage des bains et des remedés sthéniques l'ulcère fût guéri sans avoir été appliqué quelque chose que de charpie extérieurement, et la santé du corps en général changait en mieux. Cette planche représente donc un exemple de la vraie diagnose des ulcères vénériens.



gez. u. gest. v. Dr. Martens

XIII.

Tabula decima quarta.

Bubo inguinis venereus apertus in stadio suppurationis. Non utile mihi videtur, bubones artis ope aperire, sed natura idem melius ac justo quoque tempore efficit, si medicus tantum suppurationem, nisi resolutio tumoris locum habere potest, cataplasmatibus emollientibus adjuvare studet. In hoc casu duo existunt foramina spontanea, ob malignam autem morbi speciem carne luxurianti in forma condylomatum cincta. Ulcus venereum in superiori ac sinistra parte scroti inest, quod etiam ad medium usque inflammatum, suppurans et maculis lividis atro-purpureis gangraenosis mixtum invenitur. Penis ipse sanus, sine ulla lesione.

Planche XVIme.

Un bubon vénérien ouvert de l'aine gauche dessiné dans le periode de suppuration. Je n'aime pas d'ouvrir les bubons par le couteau, j'aime mieux de poursuivre la nature; il suffit, que le médécin aide à la suppuration par des cataplasmes emollients. Dans ce cas il y avaient deux ouvertures faites par la nature mais, parceque la maladie fût maligne elles étaient entourées de petites excrescences vénériennes sous la forme des condylomes. Dans la partie supérieure gauche du sac se trouvait un ulcère, le sac jusqu'au milieu enflammé, purulent et muni de petites taches noircies et pourprées gangréneuses. Le membre tout sain sans la moindre affection.



gez. u. gest. v. Dr. Martens.

XIV.

Tabula decima quinta.

Fig. I. Exemplum mali atque damni ex sola ulcerum venereorum curatione atque medela externa orti, quod jam ante aliquot annos in actis medicis (Medicinische Annalen 1803 Januar) descripsi. Vir triginta annorum ante quatuor annos ulcera venerea in glande ac praeputio habuit. Chirurgus externe nihil nisi lapidem infernalem ac mercurium praecipitatum rubrum, sine ullis remediis internis adhibuit. Hoc sub fine aestatis facto, anno sequente veris tempore ulcera in praeputio iterum conspiciebantur, remediis topicis adhibitis denuo disparuerunt et crusta albuginea tecta videbantur. Id quod per triennium ita continuatum, ter quaterve per anni spatium ulcera, vini aut veneris quanquam haud impurae abusu reproducta, causticis exstinguebantur. In hac figura exstant maculae flavescentes et albidae, ex quibus ulcera facta. Hoc in statu aeger me adiit et mox methodo curandi rite instituta sanatus fuit. Adsunt etiam condylomata nonnulla, quae in

Fig. II. in duplicatura praeputii ad coronam glandis et in glande ipsa dependent.

Fig. III et IV. Variam demonstrant condylomatum formam. Opportunitate oblata condylomatum originem, naturam atque structuram inquiram: neque enim negari potest, hanc morborum cutaneorum speciem huc usque satis nondum indagatam fuisse. Mihi videntur condylomata nihil esse nisi cutis particulae intumescenties cum prolixiori atque abnormi organismi actione. Varia iis inest forma. Aut pendent parvis ac tenuissimis tantum filamentis, ut in Fig. II et III observari licet, aut superficiem parvam occupantes tumorem quasi formant.

Fig. IV. forma condylomatum sub microscopio inspecta etiam diversissima est et ex squamis quasi atque superstructis lamellis carneis seu fibris quasi muscularibus consistere videtur. Partes singulae squamosae aut majores aut minores sunt aut arctius conjunctae aut latius distantes. Color quoque diversus, ut in tabula videmus.

Planche XVme.

Figure Ime. Elle offre un exemple du danger du traitement seulement extérieur des ulcères vénériens, que j'ai dejà décrit ailleurs (Medicinische Annalen 1803 Januar) il y a quelques ans. Un homme de trente ans était affecté avant quatre ans des ulcères vénériens au gland et au prépuce. Le Chirurgien appliquait seulement le nitrate d'argent et l'oxide mercuriel rouge extérieurement sans aucun remède interne. Cela fût vers le fin de l'été, l'année prochaine au printemps les ulcères reparurent et furent encore guéris par les remèdes topics nommés mais ils semblaient couverts après la guérison d'une croute blanchâtre. Cela allait comme ça trois ans de suite, trois ou quatre fois par an les ulcères se rompaient et fûrent consolidés par l'application externe du mercure. On voit dans cette figure les croutes blanches et jaunâtres. Dans cet état le malade se confiait à moi et fût bientôt guéri. Il y avait aussi quelques condylomes, les quels on voit de même dans la


IIne figure suspendus à la duplicature du prépuce interne et même au gland. La

IIIme et IVme figure montrent la forme variée des condylomes. Je me suis proposé de rechercher mieux que l'on à fait jusqu'à présent, la forme et la structure des condylomes, car jusqu'ici personne s'est donné la peine, de faire des subtiles recherches sur ce genre des maladies de la peau. Quant à moi je crois que les condylomes ne sont, qu'une tumefaction et un épaississement d'une petite partie de la peau avec une action trop impétueuse et abnorme de l'organisme. Leur forme et conjonction avec la peau est diverse. Ils sont suspendus quelques fois moyennant des petits filamens (Fig. II et III.) ou ils forment une petite tumeur en occupant avec leur base une partie plus étendue de la peau.

La IVme figure montre la diverse structure des condylomes vûs par le microscope. On les voit composés des ecailles de chair ou des petites lamelles musculaires, qui sont plus serrés ensemble ou peu distantes. Aussi la couleur varie infinément.









gez. u. gest. v. Dr. Martens.

XV.

Tabula decima sexta.

Praeputium saccato - inflammatum ut in Tab. IV. Condylomata in praeputio et perinaeo. Bubo sinistri lateris in ultimo inflammationis stadio, glandulae alterius lateris induratae nondum inflammatae. Exitus morbi fuit resolutio glandularum tumefactarum, suppuratio bubonis, condylomata in praeputio post extinctionem miasmatis venereae subligata, ea, quae in perinaeo sedem habuerunt ab aegroto ipso neglecta sese conjugebant, molem carneam inorganicam constituebant et cultro demum sanabantur. Nil est quod adjiciam, nisi ut gonorrhoea sola ulceribus venereis non concomitata hunc morbi statum produxerit.

Planche XVIme.

Le prépuce est gonflé et enflammé comme dans la quatrième planche. Il y a des condylomes au prépuce et au perinée. Un bubon de l'aine gauche dans la plus violente inflammation très près de la suppuration et dans l'aine droite des glandes tumefiés. La terminaison de la maladie fut la resolution des glandes gonflés et la suppuration du bubon. Les condylomes au prépuce furent liés après l'extinction entière du virus vénérien, mais ceux au perinée furent negligés du malade se joignaient ensemble et formaient une masse inorganique et furent coupés. Je remarque encore, que tous ces symptomes prennaient l'origine d'une simple blennorrhagie pas accompagnée de sulcères vénériens.



gez. v. Hofrath. Dr. Tilesius. gest. v. Dr. Martens

XVI

Tabula decima septima.

Praeputium dependens, tumidum, inflammatum, non rugosam sed tensam atque splendidam affert faciem. Rima praeputii non rugosa sed orificii uterini multiparae instar. Rima aequalis minimis in angulis rugis circumdata. Praeputium paullo superius perforatum, glans ex apertura praeternaturali praeputii prostans maximis fere tumoribus fungosis condylomatibus et excrescentiis verrucosis cincta ac paene obtecta est. Primum morbi initium, ut aeger mihi interroganti respondebat, duo fuerunt ulcuscula venerea in gland ac praeputio, quae neglecto artis auxilio, primo praeputium perforaverant ac deinde condylomatum originem effecerant. Horribilis visu haec mola ingens fuit, variis formis rudeque ac plane inorganice conglomeratae fuerunt massae globosae usque ad radicem penis eum ita circumdantes ne minima particula sana atque illaesa inveniretur. Aeger in nosocomio Lipsiensi morbi vehementia insigni debilitatus ac lue completa nempe faucium ulceribus et exanthemate venereo correptus supremum obiit diem.

Planche XVIIme.

Le prépuce suspendu, tumefié et enflammé, se montre non plissé, mais lisse et tendû. L'ouverture du prépuce n'est pas pliée, mais elle ressemble à l'orifice utérin externe d'une femme dejà plusieurs fois accouchée. Un peu plus haut le prépuce est rompu, le gland sòrtant par l'ouverture pas naturelle du prépuce est entouré et presque couvré des grandes excrescences condylomateuses et fongueuses. Le commencement de cette maladie fûrent deux petits ulcères vénériens du gland et du prépuce, qui rompaient le prépuce tout secours de l'art étant absolument negligé et faisaient en suite naître des condylomes. Cette masse grande inorganique et extraordinaire, offrait un aspect hideux, et ces condylomes se repandaient jusqu'à l'origine du membre et le couvraient ainsi, qu'on n'en voyait rien dans l'état naturel que le gland. Le malade mourut, dans l'hôpital de Leipzic, après s'être extrêmement affaibli par la violence de la maladie et attaqué du mal siphylitique universel nommément des ulcères de la bouche et des exanthèmes.



gez. u. gest. v. Dr. Martens.

XVI.

Tabula decima octava.

Hac tabula partes internae ſemorum cum pudendis viri a scabie venerea correpti conspiciuntur. In sinistro inguine adest bubo quam maxime inflammatus et suppurationem imminens. Non inest hac tabula totius morbi delineatio, inſuerunt enim quoque, ut ab abdomine incipiam, ulcera profundissima cum exanthemate complicata, infuerunt et faucibus ulcera maligna. In membro ipso, quod dum delinearem, forte erectum erat, nil nisi callositas dextri lateris praeputii ex ulcere venereo male curato orta, observandum. In femoris partibus scabiei venereae egregium videmus exemplum. Fuit stadium eruptionis aut inflammatorium. Est scabies venerea autem exanthema maximo jure chronicum dictum, quod nunquam ordine, nec per certas fixasque periodos procedit, sed variam formam, varium characterem per indefinitum tempus sistit, et ad constitutionem corporis aut morbi ipsius mutationes, et formam et speciem mutat. Nunquam tanta unius ejusdemque morbi in variis hominibus observatur diversitas, quam in scabie venerea. Plus quam triginta hoc morbo affectos vidi homines, et morbi symptomata nunquam fere plane fuerunt congruentia. In hoc viro autem, maculae largae rubicundae dispersae fuerunt, quibus pustulae flavae atque fuscae inhaerebant. Nonnullae albuginea quasi superficie et margine rubicundissimo ac plane inflammatorio cinctae; aliae autem maculae fuerunt ipsae rubicundae, sine ullo cingulo inflammatorio. Plerumque scabies venerea per desquamationem desinit; et in hac ipsa periodo, iconem partium muliebrium partui inservientium cum femorum parte interna cera efformare egregie mihi contigit. De scabiei venereae curatione nil amplius moneo, nisi, quod hujus symptomatis rationem praecipue haberi non sit opus, quum morbo ipso curato, sponte evanescat.

Planche XVIIIme.

Nous voyons ici la gale vénérienne aux parties internes des cuisses d'un homme affecté depuis long - temps des maux siphylitiques. Dans l'aine gauche se trouve un bubon enflammé près de la suppuration. On ne voit pas tous les symptomes de la maladie de cet homme dessinés sur cette planche, car il y avait des ulcères profonds sur le ventre et des très malignes dans la bouche. Le membre viril qui se trouvait durant l'inspection pour le dessein par hasard en erection, fût sain hormis une callosité au coté droit du prépuce, laquelle provenait d'un ulcère mal guéri. Sur les cuisses se trouve la gale dans le periode d'éruption et d'inflammation. La gale vénérienne est un exanthème chronique, qui n'ayant pas ses periodes et symptomes fixés, se montre au contraire souvent pendant un espace de temps indéfini dans différentes formes et caractères et change de forme et de figure selon la diversité de la maladie et même de la constitution du malade. Je n'ai presque jamais vû une telle différence de la même maladie en divers sujets. J'ai traité plus que trente malades revêtus de la gale vénérienne, sans avoir vû la maladie tout - à - fait égale dans deux cas. Dans cet homme, il y avaient des taches larges rouges sur lesquelles se trouvaient des pustules blanchâtres avec un point brun. Quelques unes étaient couvrées d'une croute blanchâtre et entourées d'un bord tout - à - fait enflammé avec une diffusion insensible de l'inflammation. La gale vénérienne se termine ordinairement en s'écaillant et j'ai formé en cire un modèle de cet dernier periode de la gale dans une fille attaquée de la maladie siphylitique universelle. Pour le traitement la gale n'exige pas des remèdes specifiques, elle se termine par la methode ordinaire antisiphylitique en même temps avec les autres symptomes de la maladie.



gez. v. Hofrath Dr. Tilesius. gest. von Dr. Martens.

XVIII

Tabula decima nona.

Vir viginti quatuor nunc annorum ante biennium ulceribus venereis nec non bubonibus laborabat. Bubones per resolutionem curati, ulcera autem tantam demonstraverant malignitatem ut praeputium, glans ipsa adeoque totum membrum corrosum fuerit. In corporibus cavernosis, ut aeger dicebat, infiltrationes urinae et maximus in utroque penis latere exinde tumor ortus. Haec tabula ejus offert imaginem post praeputii, glandis ipsius ac totius membri jacturam. In parte corporum cavernosorum adhuc praesente singulis praeputii fragmentis cincta ulcera adfuerunt venerea. Quibus curatis vidi partem membri, glandem quasi repraesentantem usque ad radicem unius fere pollicis longam, cujus superficies anterior per cicatrisationem inaequalis facta erat. Scrotum sanum nulloque modo morbosum. In figura inferiori ita est situs partis membri virilis, ut paullulum elevatum intra basin ejus et particulas praeputii inspici possit. Hic urethrae apertura conspicitur. Systemate uropoietico adhuc sano ac plane non laeso tamen efficitur, ut urinae effluxus arcum quasi formet. Super urethrae aperturam superficiem internam sinuum cavernosorum quoque inique cicatrisatorum videmus, quae in situ naturali, in Fig. I. praeputii fragmentis superjacet.

Planche XlXme.

Ici se voit un homme de 24 ans infecté avant deux ans des ulcères vénériens et des poulains, qui étaient guéris par résolution. Les ulcères fûrent si malignes, qu'ils se repandaient sur tout le prépuce, le gland et le membre même. Ils firent une telle destruction qu'il y avaient des enfiltrations de l'urine dans le tissu cellulaire des corps spongieux, qu'ils provenaient à deux cotés du membre des grandes tumeurs. Cette planche est dessinée après la perte du prépuce, du gland et même du membre. Dans la partie des corps spongieux restante et entourée des fragments du prépuce ou plutôt de la peau du membre il y avaient encore des ulcères vénériens. Après la guerison d'eux il se trouvait une petite partie du membre environ d'un pouce de longueur, qui représentait à-peu-près le gland. Les surfaces de cette partie fûrent inégales par la cicatrisation. Le sac d'une santé parfaite. Dans la figure inférieure la susdite partie est elevée, ainsi qu'on voit au milieu, du reste des corps spongieux et du prépuce l'orifice de l'urèthre. Le systeme urinaire étant encore sain l'urine saillait comme à l'ordinaire sous la forme d'un arc. On voit aussi la surface inégale interne du reste des corps spongieux, laquelle se trouve dans la situation naturelle sur les fragmens de la peau, selon la première figure.





gez. u. gest. von Dr. Martens

XIX

Tabula vigesima.

Ulcera venerea in vola atque dorso manus senis sexaginta trium annorum, qui ante annum ulceribus venereis correptus ob pudicitiam retinebat, nullumque medici requirebat auxilium. Primo ulcera in perinaeo, praeputio et in glande penis infuerunt, deinde in osse bregmatis ita, ut os denudatum esset. Quibus omnibus sanatis in musculo adducente pollicis dextri ulcus magnum iterum apparuit, ita ut musculus plane ab eo corrosus atque abolitus inveniretur. In regione carpi maximum ulcus usque ad dimidiam dorsi manus partem patens adfuit in cujus medio insula quasi ex carne recenti orta deprehendebatur. Ulceris venerei signa supra jam memorata omnia in hac icone insunt. Ulceris fundus impurus flavus atro-cinereus, carnis luxuriantis singulis tumoribus intermixtus, margo callosus lividus rubescens et odor tam atrox, ut in supremis aegroti diebus nunquam eum sine maxima corporis angustia adire possem. Idem ulcus intra digitum indicem ac medium adfuit, duoque in carpi regione dorsi manus. Ob longam miasmatis in corpore vim nullis medicinae auxiliis impeditum tandem febris lenta aegrotum capiebat eumque in doloribus accerrimis ac vivis extinguit.

Planche XXme.

Des ulcères vénériens au dedans et dehors de la main droite d'un vieillard de soixante trois ans, qui étant infecté un an auparavant des ulcères vénériens gardait un profond silence honteux sur sa maladie et ne cherchait point le secours d'un medecin. Au commencement ils parurent des ulcères au perinée, au prépuce et même au gland, alors il en vinrent paraître sur la tête et bien sur l'os pariétal ainsi que cet os fut totalement découvert. Après la guérison ils parurent d'autres au milieu de la main du coté du grand doigt, qui rongeaient tout-à-fait le muscle de ce doigt. Sur le carpe il se trouvait un très grand ulcère qui s'étendait de dedans jusqu'au milieu de la surface extérieure de la main. Au milieu il y avait une partie de chair fraiche. Tous les signes caractéristiques d'un ulcère vénérien nommés dejà, se présentaient aux yeux. Le fond impur d'un cendré noir et jaunâtre, avec de petites tumeurs des carconcules, le bord calleux et livide et une odeur si frappante, qu'il ne me fallut visiter le malade pendant ses derniers jours, sans-être presque étouffé et même rendû malade. Une fièvre lente survenait le malade étant extrêmement affaibli par le mal contre lequel rien n'était appliqué. Il succombait enfin accablé des plus atroces douleurs.



gez u gest von Dr. Martens.

XX

Tabula vigesima una.

Puella viginti duorum annorum ante biennium post coitum fluorem album et ulcera accepit, tunc in nosocomio sanata, condyloma cerasi instar in labio externo sinistro retinebat. Quare hoc neutiquam abscissum, sed relictum fuerit, nescio. Vitam pristinam degens, venerique vulgivagae denuo se addicens, fluore albo iterum correpta est, et intumescentia labii externi sinistri oriebatur cum prolongatione clitoridis ac nymphae dextrae ita ut excrescentiae venereae completa videri possit imago. Haec tabula sistitur sinistrum labium tumefactum dimidii scroti instar colore naturali rubicundo ita mutato, ut fuscum atque rutilum igneum videretur labium. Superficies tumoris haud tensa sed corrugata, majoribus minoribusque rugis cooperta, cuius, si tangeres, tanta erat durities ut ne digito posset comprimi, quare steatomatis quasi speciem accepit. Ex commissura superiori labiorum pudendorum tumor alius dependet, qui ex clitoride oblongata et cum nymphe dextra conjuncta quoque tumefacta originem duxerat. Color hujus medii tumoris rubicundus atque carnis tenui tantum epidermidi coopertae instar fuit. Versus majorem labii intumescentiam in acutum desinit marginem ex parte ulceribus venereis fere sanatis obtectum. Tumor hic rotundus ad majoris labii tumefacti finem usque dependet. Dextrum labium illaesum in superiori tumoris parte conspicitur. In inferiori autem ejus parte versus perinaeum rhagades aut fissurae cuti inerant quae usque ad anum fluore albo inflammata, tensa ac penitus fuit erosa. Inter clitoridis ac sinistri labii tumores introitus ad vaginam, qui quidem non fuit impeditus, attamen hic non potest inspici, quia medius tumor labium tumefactum atque induratam ad dimidiam fere partem obtegit. Nunquam tantam pudendorum excrescentiam vidi et ob formam et ob magnitudinem, quae in haec tabula forte paullo minor est, ac in statu naturali, tam memorabilem.

Planche XXIme.

Une fille de vingt deux ans était pris avant deux ans après un coït impur des fleurs blanches malignes et des ulcères. Elle fût guérie à l'hôpital mais elle gardait encore un condylome de la grandeur d'une cérise à la lèvre gauche extérieure. Continuant la vie d'une fille de joie, elle fût encore prise par les fleurs blanches. Le lèvre gauche se gonflait ainsi, qu'elle ressemblait à la moitié du sac d'un homme, et changeait tellement sa couleur rouge, qu'elle fût brûnatre et presque d'un rouge ardent. La surface ne fût pas tendûe mais plissée, et en la touchant elle se montrait si dure, qu'elle ne se laissait pas comprimer du doigt, semblant donc être stéatomateuse. De la conjonction supérieure des lévres extérieures sortait une autre tumeur laquelle provenait d'une prolongation du clitoris et d'un gonflément de la nymphe droite, dont la couleur fût rougâtre et ressemblait à une partie de chair seulement couverte avec l'épiderme fine et mince. Vers la grande tumeur de la lèvre elle se termine dans un bord aigu, auquel se trouvoient des ulcères presque guéris. Cette tumeur se prolonge en bas aussi loin, que la tumeur de la lévre. La lévre droite parfaitement saine se trouve à la coté supérieure de cette tumeur. A la partie inférieure de cette lèvre ils se trouvent des rhagades et fissures de la peau, laquelle était corrosée par l'écoulement des fleurs blanches jusqu'au derrière. Entre ces deux tumeurs se trouvait l'ouverture des parties génitales intérieures, qu'on ne voit pas de dehors, parceque la tumeur au milieu couvre presque la moitié de la grande tumeur latérale. Je n'ai jamais vû un changement plus remarquable de la forme des parties génitales en régard de la grandeur, laquelle se trouve dans ce dessein presque de la même grandeur comme nature.



gez. u. gest. von Dr. Martens.

XXI.

Tabula vigesima secunda.

Ejusdem puellae offert imaginem quoad magnitudinem tumorum plane cum natura congruentem. Tumor medius nymphae dextrae atque clitoridis hic ab apice inferiori ita relevatus atque retractus est, ut nunc superiori dextri femoris parte adjaceat. Labium tumefactum paullo retractum in medio introitus vaginae inest nihilominus non plane visui apertum. Videri potest clitoridis forma magna in media tabulae parte paullulum ad nympham sese curvantem atque cum ea conjuncta. Duo versus superiorem partem obvia tumoris segmenta nympham, statum naturalem maxime superantem, constituunt, parvis ut tabula demonstrat excrescentiis impletam. Clitoridis forma diagnosci non potest et labium dextrum sanum videtur in posteriori parte cum rhagadibus supra memoratis. Puella scabie quoque laborabat venerea jam per novem menses et ante sex fere menses delineatam nunc iterum adii, et tumorem omnem, alia forma ac majore multo magnitudine indutum equidem vidi, plane obstupefactus ob miasmatis venerei vim nullis medicaminibus expellendam. Scabiem iterum veneream assumserat, fluor albus fortissimus, dolores ossium atrocissimi, et ut mihi videtur, febre lenta jam imminenti; excisio tumoris post completam virus venerei extinctionem vix erat suscipienda. Tumorum praeternaturalium formam atque structuram sub finem mensis Augusti MDCCCIV cera expressi.

Planche XXIIme.

C'est la vue intérieure des parties génitales de la même fille grandes comme nature. La tumeur moyenne est retirée en haut et droit par la pointe inférieure ainsi qu'elle est approchée à la partie supérieure de la cuisse droite. La lèvre tumefiée est un peu retirée. Au milieu on voit la place de l'ouverture interne des parties génitales, sans pouvoir voir distinctement l'ouverture même. On voit la clitoris aggrandie au milieu près de la lèvre tumefiée et un peu recourbée au droit jointe à la nymphe droite egalement aggrandie, laquelle on voit divisée en deux sections et beaucoup plus grande que dans l'état naturel et munie des petites surcroissances. De même se voit la forme extraordinaire de la clitoris, et la partie inférieure de la lèvre droite saine. La fille avait dejà la gale vénérienne plus que neuf mois, et depuis que je l'avais dessiné, il y a presque six mois, je me suis porté des nouveau chez elle, où j'ai vû avec le plus grand étonnement, que cette masse des tumeurs s'était aggrandie encore beaucoup plus, ayant changé entièrement la forme précédente. Le virus vénérien est si fort, qu'il resiste jusqu'à ce jour à tous les rémedes. La gale vénérienne était réparu, et les fleurs blanches coulaient fortement les douleurs des os les plus vives. Je ne crois pas, que cette malade supportera l'opération après l'extinction complete du miasme vénérien, parceque la fiévre lente me semble dejà imminente. J'ai imité en cire la forme et la couleur de cette structure abnorme sur le fin du mois d'Août en 1804.



gez. u. gest. von Dr. Martens.

XXII.

Tabula vigesima tertia.

Membrum virile gonorrhoea chordata laborans singulari modo contortum et simul pharaphymoseos speciem prae se ferens cum inflammatione insigni glandis et totius membri. Aeger mox convaluit, hoc symptomate dierum nonnullarum spatio evanescente recte adhibitis medicinae auxiliis.

Planche XXIIIme.

Le membre viril attaqué par la blennorrhagie et courbé singulièrement. On y voit en même tems une inflammation du membre et du gland avec une paraphymose. Le malade fût bientôt rétabli, ce symptome étant disparû en peu de jours par l'application des remèdes convénables.



XXIII

Tabula vigesima quarta.

Fig. I. superior ulcera venerea faucium primis statim ut comparuerant, diebus delineata sistit.


Fig. II. inferior autem veli palatini penduli atque uvulae destructionem. Sinistra pars veli palatini penduli abest; trabeculae carneae aut fibrae parvae musculares uvulam ad marginem alveolarem sinistri lateris retinent. In dextro faucium latere aut in tabulae sinistro latere, arcus dexter veli palatini penduli contractus quoque margini alveolari conjunctus apparet. Uvulam in media parte ad oris introitum curvatam videmus. Singularis quoque partium miasmate correptarum forma, quae mihi haud indigna delineatione videbatur.

Planche XXIVme.

La première figure montre des ulcères de la gorge dessinés quelques jours après leur première apparition.

La seconde figure offre une destruction du palais et de la luette. La partie gauche du palais manque, des petites attaches musculaires joignent la luette au bord des alvéoles gauches. Du coté droit de la bouche ou du coté gauche du tableau le droit arc du palais est retiré et semble être attaché au bord alvéolaire. La luette est courbée en avant de sa moyenne partie jusqu'au point. Cette bouche me semblait assez digne d'être dessinée, parceque la forme de ses parties et leur proportion s'y trouve extrêmement changé par le virus vénérien.





gez. u. gest. v. Dr. Martens.

XXIV.

